

Concessionibus referuntur. Et verbo. Prouin-
ciales. &c.

¶ Quinto notandum, ex eisdem, quod loca in
quibus potestas huius concessionis datur, e-
xercenda per fratres, sunt monasteria sui or-
dinis, modo sint sita in oppidis Hispanorum
modo in populis Indorum: quia omnia sunt
Monasteria ordinis, & similiter extra, puta,
in populis de su visita. Habetur enim in lite-
ra sicut haecenus consueuerunt, in Mona-
steriis sui ordinis, in locis ipsarum partium
assignatis, & assignandis, officium Parochi
exercere possunt, de licentia suorum Prelato-
rum, in capitulis prouincialibus obtenta, si-
ne licentia Episcoporum. Extra tamen haec
loca non possunt fratres officium Parochi
exercere: quia non conceditur absolute, haec
potestas, sed limitatiue. At vero in dictis po-
pulis possumus audire confessiones omnium In-
dorum, etiam si non sint de nostra iurisdic-
tione, eosque Baptizare, Eucharistiã, & Ex-
tremam vniõionem conferre, & factis bñis,
& informatione suorum Matrimoniorũ eos
Matrimonio cõiungere, etiam modo post Cõ-
cilium per priuilegia Leonis. 10. & Pauli. 4.
& aliorum Pontificum, supra citata, & sic est
vñus